



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

maximam partem exercitus Gothorū ibi gladio trucidauit, regnumq; eius à Ligeri flutuo & Rhodano per mare Tyrrhenum & montes Pirenæos vsq; Oceanum mare abstulit, quod hodieq; ditione condigna permanet ad regnum Francorum.

THEODORICVS cum Papam Romæ Apostolicum *Caput 11.*
virum IOANNEM sine culpa morte damnasset, & Symmachum Patritium nullis causis existentibus itemque trucidari fecisset, ira percussus diuina, à germano suo Gaiferico interficitur. Fertur in dialogorum -----sancti *Greg. dial.*
Gregorij à quodam sacerdote visibiliter ab ipso Pontifice *lib. 4. cap. 30.*
& Patricio Theodoricus vincetus trahitur Siciliam in olam ignis.

ROCVS rex Vyandalorum cum Syveuis & Alanis *Caput. 12.*
egressus de sedibus Gallias appetens, consilio matris nequissimo vtens, dum ei dixisset, Si nouam rem volueris facere & nomen acquirere; quæ alij ædificauerunt, cuncta destrue, & populum quem superas, totum interfice: nam nec ædificium melius à prædecessoribus facere potes neq; plus magnam rem per quam nomen tuum eleues. Qui Renum Moguncix ponte ingeniose transiens, primum ipsamq; ciuitatem & populum vastauit: deinde cunctas ciuitates Germanix vallans, Mettis peruenit, ybi muro ciuitatis diuino nutu per noctem ruente, capta est ciuitas à Vandalis. Treuirici vero in harenam huius ciuitatis quam munierant, liberati sunt. Post hæc cunctas Gallias Crocus cum Vandalis, Syveuis, & Alanis peruagatus, alias obsidione deleuit, aliasq; ingeniose itrum pès vastauit. Nec ylla ciuitas, nec castellū ab eis in
Oooo z Galljs